3117 Vicetiae apud S. Marcellum RED. MAN. TRIN.; in hortis Gualdi in Pusterla CALDOGNO CERCH. MAFFEI. Inde translata est a. 1782 in aedes Tornieri. — Famam esse titulum olim fuisse in colle Torricelli inter valles Thienensem et Trissini; item ex ecclesia S. Marcelli venisse in ecclesiam S. Stephani, ex hac ad Gualdos add. SCHIO.

MA| IVO
A · TI · CLA*u*DIO · CAESARE
AVGVS*t*O · GERMANICO a. p. C. 48
CENSOR*e* *a*DLECTO · IN
SENATVM ET INTER
TRIBVNI*cio*S RELATO
AB EODEM ADSCITO IN
NVMERVM *SALIORVM*
SALONIA · MATER
FILIO *pie*NTISSIMO
VIVA FECIT

Contuli. Habet ex antiquis Redianus f. 74′ Vic. 2 (inde Gud. 130, 1). Item Manutius cod. 5237 f. 105; Trinagius C 3; Castellini 1, 86; Caldogno n. 11; Barbaranus 5, 90; Cerchiari f. 152; Maffei M. V. 377, 8 (inde Orell. 3146); Tornieri in eph. 1782 Oct. 8 et Dec. 6 et apud Castellinium 1, 149; Facciolius 2, 41; Maccà *stor. del terr.* 3, 150; Henzen 6005 ad exemplum Furlanetti; Schio p. 67 tab. 9, qui in textu sumpsit ex Caldogno (I).

Titulum evanidum paullo meliore statu visum esse ab antiquis constat, quamquam ipsa eorum exempla ostendunt ne tum quidem eum facile et plene legi potuisse. Adscribam v. l. Rediani, quod exemplum antiquissimum est, et Caldogni (II), quod est longe optimum; Trinagius pessime corrupit. — Vv. non divisit Red. — 1 MACE ... Red., M ... Cald.; cognomen fuit, quale exempli causa est MAcrInO; M·SALONIO Ferretus Maff., MARCO·SALONIO Furl. male. — 2 CAESARI Red. — 4 CENSOR ... FVNCTO·IN Cald., CENSORI·LEGIONIS Red.; veram lectionem repperit Furl. — 5 SENATV ... NTRO Red. — 6 TRIBVNICI ... ATO Red., TRIBVNI ... RELATO Cald. — 8 SALIORVM Cald., ... NORIOR Red.; illam lectionem, quae cum lapidis vestigiis /ALIOR// optime convenit, certe Caldognus posuit de visu. — 10 PIENTISSIMO Cald., ... SSIMO Red.

Cf. n. 2088: *Ti. Claudio Caesa ... M. Saloniu ... es.*

3118 *nella valle del Tressino nel tempio di S. Firmo* MET. PANV. LIG. MAN.

D · M
VATERNIAE · C · F · CALPVRNIAE · SERMIAE
QVAE · VIXIT · ANNVM · ET · MENSES · II
C·VATERNIVS· CALPVRNIVS · LVCRETIANVS
PROC · AVG · PATER
FACIVNDVM · CVRAVIT

Servavit auctor a quo pendent Metellus cod. Vat. 6034 f. 17′, Panvinius cod. Vat. 6035 f. 104′. 119; Manutius cod. Vat. 5237 f. 427′ (inde Don. 7, 5 ex schedis Vaticanis; Mur. 918, 5 ex Donio); Ligorius ms. Taur. 18. Vicetini auctores ignorant.

1 D·M om. Met. Panv. — 2 VATERNIAE Man. Lig. (cf. n. 3204), VETERNIAE Met. Panv. — SERMIAE traditur (HERMIAE Panv. 104); SEMNAE Don.; malim SERENAE. — 3 VIX Panv. — ANNVM ... ET Man. Lig. — 4 VATERNIVS Man. Lig., VETERNIVS Met. Panv.

3119 Vicetiae in S. Felicis TRIN. '*Non si trova*' CALDOGNO.

DIVI · ANTONINI
LEG · XV · C

Servavit Trinagius B 4; inde Caldogno n. 14, Barbaranus 5, 363, Schio p. 14.

3120 lapis ex marmore Histrico longus ped. Vic. 7 unc. 2, largus ped. 2 unc. $2^1/_2$, crassus ped. 1, rep. nuper Vicetiae in porticu novi monasterii SS. Felicis et Fortunati, dum ibi cisterna effoditur VIGNA c. a. 1749. Eiusdem tituli alterius exempli pars rep. est a. 1818 m. Martio exeunte Vicetiae in aedibus tum Ios. Rivae, nunc Castraman, in muro antiquissimo sub ipsam viam publicam progrediente, dum ibi cella foditur TORNIERI; idem addit titulum esse non posse eum ipsum, quem vidit Vigna, nam murum illum et antiquissimum fuisse et ipsi Rivae ignotum nec saxum tum repertum ex marmore Histrico esse. Hoc extat in domo Tornieri, hodie Orgian.

M · ABONIVS · AC|*ANTHVS · IIIIII · VIR · AVG*
ADCENSV|*S · COS · IN · MEMORIAM*
A B O N I|*I IDIDICI PatrONI SVI T F I*

Alterum exemplar plenius ed. Franc. Fort. Vigna in folio solitario impresso s. a. et l. inscripto *Avviso*, quo hanc inscriptionem promittit se explicaturum. Ab eodem Vigna pendet exemplum editum in eph. *Novelle della repubbl. lett.* Venetiis 1749 p. 136; neque aliunde opinor Maffei M. V. 480, 2 (inde Donat. 245, 1) et Faccioli 2, 76. Id quod hodie superest quodque contuli habent Tornieri in eph. 1818 Apr. 18 et Schio p. 51 tab. 7.

Quae dedi inclinatis, absunt a fragmento Tornieriano. — 1 IIIIII·AVGVSTAL (om. VIR) Facc. — 3 sic Vigna, ADONIN·I ... ONI·SVI·T·F·I Facc., om. *Nov. lett.* et Maff.

3121 Vicetiae ad aedes Francisci Porti TRIN.; in aedibus comitis M. Antonii Porti CALD.; in via Pedemuri in fronte aedium com. M. Antonii Porti CERCH.; non longe ab ecclesia S. Blasii secus viam publicam FACC. A. 1780 ex aedibus Horatii Porto ad S. Blasium translata est in Tornierias.

|IIIIII · VIR · AVG
i|N MEMORIAM
patro|NI · SVI · T · F · I

Contuli. Manutius cod. 5237 f. 105′; Trinagius D 3 (inde per Marzarium Mur. 206, 1); Caldogno n. 47; Cerchiari f. 208′; Facciolius 1, 217; Tornieri ephem. 1780 Apr. 17; Maccà *stor. del terr.* 3, 151; Schio p. 51 tab. 7.

Potest esse ex tituli praecedentis tertio exemplo; at certe neque pars est exempli c. a. 1749 eruderati ad S. Felicis, cum hoc diu ante alio loco prostiterit, nec potest pars fuisse eius exempli, cuius principium hodie extat in domo Orgian, nam natura lapidis differt neque interstitia versuum eadem sunt.

3122 Vicetiae in solo ecclesiae S. Stephani ante altare maius MARCAN. et ANTIQVI RELIQVI; *nelle pareti della capella de' Nobb. Capra di fora via* add. MARZ. similiterque CALD.

V F
Q · IVLIVS · Q · FIL
MEN · CATVLLVS
IIII · VIR · MISSVS · HONES
TA · MISSIONE · EX · COH · VI
PR · SIBI · ET · COELIAE · SEVERAE
VXORI · SANCTISSIMAE · POST
OBITVM · ET · POMPEIAE · MAN
SVETAE · SOCRVI · OPTIMAE
ET · HOSTILIAE · SERENAE
CONIVGI · CARISSIMAE
H · M · H · N · S

Habet Antiquus, scilicet Marcanova cod. Bern. n. 173, cod. Mut. f. 165 Vic. 9; Felicianus Vic. 1; Ferrarinus cod. Trai. f. 38, cod. Reg. Vic. 1; Redianus f. 14′ Vic. 1; cod. Gud. 253 f. 24; Iucundus Vic. 1; Sanutus Vic. 1; cod. Patav. f. 183. Denuo ex lapide Metellus cod. Vat. 6034 f. 17′; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 82′ et Rom. p. 508 (ex Panvinio Smet. 162, 9; ex Panvinio et Metellianis Grut. 421, 9); Ligorius ms. Taur. 17 et 18 bis; Iacobonius app. ad Font. p. 161; ex simili auctore opinor etiam Donat. 254, 5, auctorem citans Io. Bapt. Passerium, quem errore ait ipsum exscripsisse. Habet item Bologna antiq. l. 2 p. 74, syll. f. 36. Item Manutius cod. 5237 f. 103. 267. 426, orth. 164, 5; Trinagius C 1; Marzarius p. 27, qui certe locum accuratius indicat; Castellini 1, 74; Caldogno n. 27; Barbaranus 5, 153; Cerchiari f. 178.

In vv. div. consentiunt Met. Panv. Bonon. Manut. (103. 426) Ligor. (17 et 18*a*) Trin. Cald. — V·P Man. 267. — 2 F Iuc. Man. (267. 426 et ed.) Lig. (bis) Panv. (ed.). — 3 CATVLVS Man. (267. 426 et ed.) Lig. 18*b*. — 6 CAELIAE Man. 426, CALIAE Man. 103. — 8 POMPELIAE Bon. — 9 SVETE Red. Fel. (Marcian.) Man. 426. — SORORI pro SOCRVI Felic. Iuc. San. Panv. et v. l. apud Marcan. (Mut.) — 10 OSTILIAE Cald. (II) contra Cald. (I) et rel. — Castellinii Barbarani Cerchiari v. l. omisi.